

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sleker Johannes Clüver

Quaestiones Illustres Sex Cum Corollariis : Loco Disputationis Anniversariae

Rostochii: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729136116>

Druck Freier  Zugang



J. Sloker
R. U. phil. 1613.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729136116/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729136116/phys_0002)

DFG

4.

D. O. M. A.

QUAESTIONES
ILLUSTRES SEX
CUM COROLLARIIS

LOCO DISPUTATIONIS ANNIVERSARIAE

In Inclita Academia Rostochina

PRAESENTE

M. JOANNE SLEKERO

Ph. P. P.

publicè proponit

JOANNES CLUVERUS
Crempensis Holsatus.

In Auditorio Magno ad d. 24. Martij,
horis à sexta matutinis.



ROSTOCHII

Typis Joachimi Pedani, Typ. Acad.

ANNO M. DC. XIII.

Viris Reverendis, Clarissimis & Doctissimis
Dn. M A T T H I A E C L O D I O, Itzehöensis
 omniumq; pinguioris Stormariae Ecclesiarum
 Ephoro vigilantissimo,
Dn. G U I L E L M O A L A R D O, Poët. L. Cæs.
 Eccl. Crempensis Pastori dignits.
Dn. P A U L O E U A N D R O, Scholæ ibidem
 Rectori summè industrio,
Juveni item eximio & insigniter Docto,
Dn. M. F R A N C I S C O V O R S T I O, Reverendi &
 Præstantissimi Dn. JOANNIS VORSTII Past.
 Borsl. optimo filio, S.

Cum qualisq; mei in Philosophia, quam juxta cum sacro Theologie studio
 alacriter haec tenus amplector, profectus specimen aliquod edere, nec lascive
 disputandi pruritu, sed meipius experiundi gratia, examini publico me
 committere pararem. Vos mihi, accurstè, quibus labores bosce meos in-
 scriberem, disquisito, si estis dignissimi. Tibi enim Preposito Venerande, qui secundis
 summae fabentie tue favonio superiori me anno prosequeraris, quidq; nisi Academiam
 defrere. R. & CL. Doct. E I L H. L U B I N I insignis in procurando stipendio be-
 truisset benevolentia, paratum à te sita subsidium ostendebas, pro summo beneficio ne
 exigua quidem respondere gratitudine, putidum arbitrabar. Vobis autem, CL. &
 doctiss. Dn. A L A R D E & Dn. E U A N D R E, quos informatores pueritiae,
 promotores adolescentia, amicissimos iubentus mea juvenit ac hodieq; invenit, quibus
 ipsa studiorum primordia (à parentibus olim mechanice arci definitus) deboe, &
 quorum commendatione Excel. Dn. J. H U S V V E D E L I I favorem Hamburgi
 sum consecutus, parem meritis gratiam nebita quidem ipsa persolvero. At tibi,
 Præstantiss. Dn. M. F R A N C I S C O V O R S T I, de quo patruis splendor omnia sperare
 præclarus jubet, Virtutis autem propria solidaq; Eruditionis fulgidum lumen tantam
 amoris flammans meo in pectore accedit, ut majori Pyladen & Oresten arsisse, jur-
 mento negare auffra, Thebes hasceret non dicassem, nisi tuum uti animum, ita no-
 men à meo uspiam separari, nefas judicassem. Accipite igitur Mecenates, Preceptores,
 amici, accipite in qua, quod dono, meq; vestro studio, benevolentia, & amore pro-
 sequi, nesciatis desistite. Valete.

R.R. & P.P.

V.V.

dedicatus

JOANNES CLUVERUS
auter & R.



THESIS I.



Ssertam negatamq; Proprij Communicationem, & quæ
alix TheologoPhilosophos exercent quæstiones, in judi-
cium disquisitionis hujus vocare animus est, sed breviter, &
aliorum vestigijs insistendo potius, quam ut novitiae curio-
sitat velificemur.

2. Hic ut commodissimâ procedamus Methodo,
quid nomine i. proprij intelligendum veniat, præmittimus,
Attributum nimirum, quod vel uni speciei secundum omnes necessitatis gradus,
fine illâ loci aut temporis exceptione competit, vel quod in primo gradu deficit,
vel deniq; , quod respectu alterius, cui non eo modo inest, proprium appella-
tur, nec reciprocum cum subiecto nexum obtinet. Subiectum nobis generali-
ter est, omne illud, de quo aliquid, sive sit σταθερός sive πλαστικός, denomina-
tivè prædicari potest.

3. 2. Quid voce communicationis; quam non, uti fraudulenter Keckerman.
Gym. Log. l. 2. c. 7. pro possessione unius ejusdemq; specie (numero haud dubiè
voluit) accidentis, inhærentis in diversis subiectis, accipimus,

4. Sed reliquis communicationis generibus pro te natâ valere jussis (vide
J. Mart. l. de Comm. proprij. l. Schröder, de eodem, Meisn. Sob. Phil. p.72. &c.)
illam quæ σταθερόν ἐν γένεται dicuntur, assumimus, quâ propter
unionem id, quod unius est proprium, sine sui vel multiplicatione, vel transfusio-
ne, subiecto alteri realiter diverso ad communem possessionem, usurpationem,
& denominationem reapse confertur.

5. Status igitur controversiæ est; An in speciebus sive naturis disparatis, Q. i. An
tum vero invicem arctè conjunctis, & ita adfectis, ut eorum una agere, altera
pati possit, ita sit comparatum, ut altera suum proprium alteri communicet?
Nos affirmamus.
*propria
communi-
cabilia?*

6. Patrocinante ipsa Natura, quæ afferendæ communicationis illius tria
comprimis in signia exempla suggerit, Materiæ putâ & formæ, Corporis & ani-
mæ, Ferri & Ignis.

7. Forma actum substantialem sibi proprium Materiæ in potentia exi-
stenti (quantumbis insciante Keckermanno) largitur; Quod nisi concederis fieri,
1. Ex materia & forma unum per se ὑποστημένον non coalefcet, 2. Nec for-
ma materiam permeando totam informabit, nec 3. de eâ prædicari poterit. Dici
enim requirit inesse.

8. Quod autem non σταθερός, sed πλαστικός materia de forma
& vicissim forma de Materiâ enuncietur, id ex ingenio disparatorum est. Nam
A
quæ

quæ univocè prædicantur, illorum unum semper est de alterius essentia, licet non contrà.

9. Existentiæ autem Formæ non est de essentia materiæ, nec ulla propria subiecto alteri communicata essentialiter illi inhærent, sed κατ' ἄλλο, ob etiam sc. subiecti, cui περίτως & per se competunt, cū altero connexionem.

10. Quo notato perit ratiuncula Timplerø cum alijs perusitata, ἀντιφασιον εν τοπονομασίᾳ Philosophis detestandam admitti, si proprium dicatur commune, cum nemo nostrum non advertat, proprium licet communicatum, non fieri accidens commune, quod tamen huic quam alij conveniat; sed proprium unius speciei essentiam individuo, sectari contubernio, alterius verò tantum per accidens.

11. Timplerus l.3. Metaph. c. 3. q. 13. argumentum quod sibi ipse objicit (Hominem per animam dici immortalem, per materiam quantum) nimisquam eruditè dissolvit, dum ait, hominem non dici quantum propter materiam, sed quia sit substantia corporea; Nec hominem verius appellari immortalem quam invisibilem. ò responsione subtilem!

12. Quæ Materiæ & formæ, par animæ & corporis ratio est.

13. Videmus in homine Animam vegetantem, sensitivam & rationalem, sive tu unam velis tribus hisce præditam facultatibus, sive tres species distinctas, mihi in præsens perinde fuerint.

14. Illud tantummodo largiaris, tres potentias animæ proprias, corpori unito communicari. Vivere corpus tuum non negabis, arbitror, nisi te vivum cadaver appellari discupias; Nec vitam animæ propriam diffiteberis, cum eâ recedente corpus relinquatur mortuum.

15. Argutatur hic adversarij, duplicum ab anima facultatem vitalem fluere, unam animæ, alteram corporis. (numero & specie diversam, prob D E U M I) falso, comminiscentes.

16. Keckermannus pro suo acumine effectivè prout sol calorem, ita animam vitam producere perspexit.

17. Sed & hæc inania esse, & parum thesi nostræ incommodare, contrariarum rationum evincit vanitas. Imò quæcumq; sit vita corporis ab anima emanare necesse est, & Entia præter necessitatem multiplicare, immoderata sapientia est.

18. Cæterum corpus sentire qui dubitat, seipsum adéat; ac si persuaderi aliter non poterit, caput aliquis amputato, quod animæ unitum vidisse, audisse, odoratum esse, recisum vero omnibus ijs spoliatum contestabitur.

19. De Intellectione sic concludo; Cui anima communicata est, illi etiam omnes ejus facultates. At corpori communicata est Anima (alias quomodo foret animatum?). E. & Intellectio. Vid. Scal. Ex. 107. f. 87.

Distin-

20. Distinguendum tamen hic inter communicationem immediatam illorum Idiomatum, quæ sese per Subjectum, cui communicantur, exserunt, & operantur; & Mediatam eorum, quæ interuenientibus illis ἐνεργητικῆς proprijs & communicantur & enunciantur, ut Spiritualis Intellectio in Corpore, æterna & infinita majestas in Christo homine.

21. De Ferro audi Aristotelem 2. de part. c. 2. τὸν λεγομένων θεοῦ
μὲ μὴ ἀλλοτρίας ἔχει θεότητα, τὸ δὲ οὐκέται. Et mox; ē μὴ τὸ
τοῦ τυχαῖον ὄν τὸ τυχαῖον & θεόν, οὐδεναλλούντον τὸ
θεόν, οἷον ē τὸ θεῖον ὄντα τὸ οὐδέποτε. Cetera hostium
molimenta disputatio ipsa subruat.

22. Et quoniam semel alea cum Timpl. jacta est, in decretum illius l. 2. Q. 2. An
omnis
Creatura
sit in loco? Metaph. c. 5. q. 5. inquiramus accuratis. Localitatem, inquit, Ese idioma es-
sentiale omnis creature, ideoq; à nulla abesse posse, quia nulla creatura sive an-
fibilis sive visibilis & corporea dari possit, quia non sit in loco.

23. Cui calculum suum & illi subiiciunt, qui Servatorem nostrum cœlo,
ab ipsis Constructo, Empyreo sc. includunt.

24. En autem tibi Timplerz alium eundem numero Timpl. aduersantem, sicut
apud Plaut. Sofiam Sofie! C. 5. initio Localitatem definis qualitatem per quam.
Ens creatum non tantum aptum sit locari; sed etiam attu semper & necessario in loco
aliquo existat. Q. 5. directè dicit Extrinsicam Circumscriptionem factam à termi-
nis alterius corporis separari & abesse posse à substantia corporeâ, salvo manente
essentiâ illius, ut pateat in cœlo supremo. Locum autem nimis latè & nōe defini-
Receptaculum locati. At receptaculum est accidens, quia relatio. E. necesse est in ha-
bere alicui substantie. At illa alicubi non est. Vide ut conviles.

25. Mag. l. 1. Phys. c. 8. cum benè docum superficiem corporis ambientis ex
Aristotele 4. Phys. t. 41. descriperit, nescio quo mentis calamite lapsu affectionem
externam corporis naturalis fingat & accidens inseparabile, ac cœlum etiam ultimum
sue primum Mobile l. 2. Phys. c. 2. ratione partium tantum in loco esse fateatur.
Arist. l. 1. de Cal. t. 100.

26. Nos (esse in loco) omnibus corporibus naturalibus simpliciter necessaria-
rium esse negamus, cum nec intrinsecum ejus principium adæquatum in ipsis
sit, sed ex ordine Universi, prout à natura dispositum & coordinatum est,
dependat.

27. Si enim Deus ante omnes Creaturas reliquias hominem condidisset,
vel jam temporis aliquem in superficie decimi orbis collocaret, in loco quidem
haud foret, nec minus Corpus naturale retineret.

28. Merito igitur CL, quidem Philosophus sententiam quam cum vulgo se-
cucus ante fuerat, postea mutavit. δευτέρας καὶ Φεγγιδες οὐ φέρεται.

29. Quid tum vero an per nos jam Locus ē censu affectionum natura-
lium

lium venit eliminandus? Ita quidem volumus, & velle jubet veritas. Quis enim continentis corporis superficiem mei affectionem dixerit?

30. Si vero affectionem cupis, non Locum, sed Locabilitatem dicio, ut Dn. Praeses in suis praelectionibus sapienter monuit. Quam vocem non invitum leget, qui rem intelligit, & legit liberas Lentilitatem. Quod enim patitur per iocum dici, malit hic serio, nisi delicate sapit. Scal. ex Ex. 5. f. 7.

31. Locabilitatem, inquam, quam idoneum seipsum proprio nutu reddi corpus quodlibet, ut in loco esse & conservari possit.

32. Eadem planè vitio affine est illud, quod nonnulli exinde, quod Christus in eorum sacra aetu non videantur, praesentem esse abnegant, cum videri posse, non autem aetu conspici corporis colorati proprium sit.

33. Imò perinde est, ac si omnes homines Gelasinos quosdam facias, qui perpetuo risu non tam delectentur quam crucientur, aut equos semper hinnientes, quibus tamen potentia fidendi hinniendiq; tantum assidue competit. Aëtus vero ab objecto ridiculo & suavi (quale erat equo Darij Histaspis equiforis arte, apud Herod. l. 3.) adveniat; quin illo etiam praesenti à superiori potentia sapius impediatur.

34. Videant igitur sapientissimi illi (pace Veritatis dixerim). Viti, ne intelligendo faciant, ut nihil intelligent, ac dum plerosq; Fidei etiam articulos rationis suæ decempedâ metiri haud verentur, illa, quæ ante pedes posita sunt, (quod Astrólogo contigisse memorat Æsopus) minus animadvertiscant.

*Q. 3. An
datur In-
telligentie
elegit or-
bium mo-
tus?*

35. Sed transamus ad alia, in quibus bonam mentem exerceri, volup-
Intelligentias Universo asseramus. Quis illarum notitiam (ita obloquuntur non nulli) Philosopho genuit? quis eas vel esse, vel ab omni materia concretione, immunes esse persuasit? Aut quæ deniq; necessitas novas singere substantias, ad quas nec sensus nec sufficiens ratio deducit.

36. Respondeo, mihi quidem, ut Apodictice eas demonstrari quis possit, non liquere, ut probabilitate satis ad easum devenir cognitionem possit, non esse obscurum.

37. Cum praesertim cœli motus per eas administrari, nec falsù, nec incommoda sentiat Arist. 12. Met. c. 8. Perer. l. 7. c. 7. Conimb. in l. 2. de Cœl. c. 5. q. 5. Mercen. l. 1. dilucid. Cornel. Mart. in comm. Metaph. J. Mart. in Metaph.

38. Verum multis frivola videtur opinio, cœlo derogare perfectionem, quam cetera corpora sese movendi obtinent, omninoq; ejus nobilitatem vehementer imminutum iri, & formam informantem etiosam autumant, nisi intramotus istius nobilissimi principium effectivum collocemus.

39. Sed nec debite cœlo præstante hoc ipso quicquam det, nec forma informantibus est nullus, cum illa ipsam cœli essentiam perficiat (ut navis forma navem) & plurimis alijs prærogativis nulli alias corpori competentibus operet, imò ad divitium hunc motum recipiendum habile reddat.

Sicug

40. Sieut homo deterioris iecircō conditionis esse non censetur, quod non simil ac natus, perinde ut alia animalia, ambulare seq; ipsum tueri possit; quin potius non Invidia naturæ h̄ic accusanda, sed pronus favor & benignitas summo- pere commendanda, quæ talem nimirum finxerit, ut rationis capax, ejus domi- nio potentissimas quasq; belluas subjugare valeat.

41. Proinde frustra cœli forma non est, sed ad motum tanquam principium passivum concurrit, facitq; , ne cœlum causam internam ad alium motum impellentem sibi vendicet; sicut ignis, qui per se ad motum sursum, vel lapis, qui ferri deorsum ordinatus est. Quod ipsum prohibet, ne violentus hic motus dici me- treatur, qui tum demum est, quando extrinsecus imprimitur, eo quod patitur, non conferente vim, sed renitente. *Conimb. l.1. de Cœl. c. 2. q. 3.*

42. Hisce transactis aliud in Naturâ rerum sacrilegium occurrit, quo Philo- phos non paucos sece polluere juvat; qui ignem Elementarem ardenterissimo afe- ctu extinctum cupiunt.

43. Quem quia summa subtilitas oculis usurpare vetuit, nec ob altissimam, quam naçus est in regione Elementari sedem, alijs sensibus percipitur, centro terræ includere Pythagoreis, teste Aristotele *2. de Cœlo. c. 13. t. 73.* è mundo penitus re- legare Cardano, Patricio *l. 4. disc. L 7.* Casman. *Uranograph.* *c. 5. q. 1. &* alijs placuit.

44. Quicquid tamen illis placeat seu displiceat, nos haud facile adducimur, us pulcherrimo & nobilissimo hoc, maximèq; actuofo Elemento Universitatem, nudari patiamur.

45. Quocirca sic arguimus. 1. Corpori levissimo supremus in mundo Ele- mentari locus competit. Quis ibit inficias, nisi qui levissimum illud esse nesciat, quod maximè sursum tendat? Ignis est corpus levissimum, cum videamus illum etiam crassum diaconicum aërem transcendere niti, & quo largius suppetat pabu- lum, eò elevari altius. *Non enim potest esse nusquam, quod locum querit: hic esse non vult, Erit igitur ibi quo tendit,* ait Scalig. *Ex. 9.*

46. 2. Calor summus debetur alicui simplici corpori primò. Non Cœlo, quod virtute tantum, non formaliter est calidum, Non aëti, 1. quia mixta pluri- ma eò sunt calidiora, 2. nec humiditas cum fervore constat. Multò minus Ter- ræ & aquæ, quæ frigore pollent. E. igni. Dato enim proprio, datur subjectum.

47. 3. Sublato igni quatuor primarum & secundarum qualitatum *οὐγύιας* pereunt, nec mixta aptè cohærere poterunt. Erunt duo Elementa frigida, cali- dum unum; qualis proportio?

48. Ideoq; porrò argumentamur; 4. Unicuiq; Elemento certam & propriam naturæ sedem, essentiae illius congruam destinavit, v. g. Terræ centrum, aquæ terram, aëri proximum aquæ spaciū. E. & igni. Arist. *l.4. de Cœl. t.22.*

49. 5. Vapores & fumi ad supremam aëris partem penetrantes vim illam- fesē attollendi fortinuntur aut ex aere, aut ex igne. Non ex aere, in cuius infini-

Q. 4. At
detur Ignis
Elementa-
ris globo
Lune sub-
jectus?

Aristoteles
l.4. de Cœl.
t.6.

regione alià subsistendum foret, cum illà impuriores haud dubiè sint & censeri debeant, ac plus illis terrena aquæq; molis, quam aëri, quem nos attrahimus, quoq; ambimur, inesse oculi testentur. E. ab igne hæc adscendi efficacia. E. illi primò debetur.

50. Quid h̄c πως φέρεται? Incendium metuunt, ne ignis Lunam aërem proximum amburat, novoj; Phaethontis malo orbis deflagret, quandoquidem humiditate aëris avidissima ignis voracitas coerceri nequeat.

51. Scalig. vero Ex. 9. periculum calo ab igni illum esse negat, cum attiusq; qualitates non sint ejusdem generis. (Differunt enim per corruptibile & incorruptibile) Et D. D. Conimb. influxu Lunæ & Saturni, viciniq; aëris humiditate, conjunctum ignis æstum satis compesci scribunt. l. 3. de Cæl. c. 5. q. 2.

52. Quid tum vero? Ignem per accidens comburere dicimus cum ob alieni corporis crassi admitionem, tum ob partiu[m] propinquitatem, quarum coactio[n]e in minore spacio substantia & vis major. Quamobrem non urit rarefactus, sicuti ne lucet quidem. Experimentis id patet. Idem radj (Scalig. Ex. 13.) non urunt rari, & non rari urunt. Ignis in ferro validissimus est ob densitatem; in ligno minus; imbecillior in lino, & in papyro nostrate hac; in flamma tam dilutus, ut manum traducamus sine offensione.

53. Ignem etiam pabulo indiget, objicit Cardanus. Si quidem id pasci est aliud in suam substantiam convertere, nihil absurdum dicit, nec dicit quicquam, quod nos male habeat, cum ea omnium elementorum natura sit, ut contrarium sibi destruant, aut ab illo fese tueantur.

54. At consumpto pabulo interit & extinguitur? Scilicet quia tu non vides amplius. Ego vero non annihilar, sed quantacunq; ejus portio ad Elementi putratatem maximè accedit, ei feso conjungere, reliquum in aërem dissipari, cinerem, qui relinquitur, terræ assimilari sentio.

55. Casimanno S. S. Scriptura testimonium (Loca sunt Gen. 1, 6. & 7, II. 4. Esd. c. 6, 41. Malach. 3, 10. Matth. 16, 3, 2. Pet. 3, 6. &c.) adferenti non tenemur respondere; Si tamen dicta illa sententiam nostram subruere viderentur, quomodo occurrentum, deliberaremus.

56. Aristotelis mentem inconstantem proclamat, & ex ipsius, sine sapientum suffragio, dogmate cælum ad terram usq; unum continuum corpus esse, non contiguum constabilire præsumit. satis confidenter. Sententia Philosophi, nobis ex 4. de cæl. t. 32. & 39. liquidò elucescit.

57. Tumultuatur autem vehementer in elicendo absurdo; Ignem nimirum, si Elementum missionis sit, & globo Lunæ subjectum, perpetuè contra naturam descensurum, aut corpus simplex, invito Aristotele, duobus prædictum iri motibus naturalibus. Ego vero, si Hesiodus forem, Promethea ignem Vulcāno suffusatum cælitus detulisse responderem, Nunc, cum ignem ubiq; in culinis affervari videam,

videam, multos subterraneos, mirabiles & artificiosos, præter illum, ignes reperiem, adesse quidam, oculis credo, quomodo descenderint, parvi facio.

58. Ne tamen morosior illis videar, Universi Ignem esse & manere Elementum, & jam continuo descessu ad generationem missi non indigere ajo, cum & mixtis omnibus jam immixtus sit, & multi ejus generandi modi appareant. Inde si unica tantum scintilla adsit, quam sol radiorum multiplicatione, vel fulmen, assatim suppeditare potest, summâ caloris pollentiâ, tota Hercynia sylva in ignem resolvi possit.

59. Sic igitur & Intelligentias & Ignem immerito ex rerum Natura exterminatos, patriæ reddidimus; Nunc ne peregrini indigniq; Rep. cives irrepant, prodentur hæ- videamus. Quales sunt, quæ introducuntur plurimorum & gravissimorum Pa- tronorum autoritate; Notitia illæ Naturales, quas hominum mentibus actu in- nati? hære cum primo visu lucis primordio dicitant, nos negamus.

60. Reliquias imaginis divinæ, tanquam ex prægrandi incendio cineres calidos, ex destruâ urbe rudera, supereffe, lubentissime concedimus, & principia multa tamen speculativa quam Præctica, quibus auditis explicatisq; , absente proba- tione, homo promptissime assentiat, quæq; à priori nemo possit demonstrare.

61. Hæc enim si ausimur negare, ne ab impudentissimâ impudentiâ non esse- mus alieni; quandoquidem per nos omnia certa scientiarum, animisq; recepta- principia tollerentur, quibus sublati ipsas scientias tolli necesse est.

62. Sed hæc lis est, Num notitia illæ, quæ feruntur, naturales, ηγειαὶ ἀν- ποία (v. g. Deum esse, colendum esse & venerandum, parentes amandos, Nemini lædendum, Suum cuiq; Tribuendum &c. Duas contradictiones simul non esse veras, Totum esse majus suâ parte, Quodlibet esse aut non esse, &c.) actu no- biscum nascantur, & habitus sicut nascuntur nomen mereantur? Ad quam missis Platoniorum, qui omnem scientiam reminiscientiam appellabant, & aliorum opinionibus, planè respondemus negando.

63. Testem i. compellantes experientiam (τεῖχος τὸ μόνη διδάσκα- λο, ut Gregor. Cyp. de Mari ait) & unumquemq; hominum seipsum puerum recordari jubemus, & exquirere, num priusquam hæc principia ex alijs audierit, cognitionem illorum vel tantillam fuerit expertus? Nos fatemur, quod nostrū est.

64. Et nobiscum Aristoteles, qui 3-de Anima c. 4. perspicue dicit, δωά- μεν τὰς εἰς τὰ νοητὰ ὁ γε τὸ εὐπέλεχεῖα ἐδὲ, τείνειν τὸ μή- τηρ. δεῖ δὲ τῷ γε τῷ, παρεγένεται γε αμφατεῖων, τὸ μῆδεν ταύτης εὐ- λεχεῖα γεγαμένων.

65. Unde contra habitualē istam principiorum possessionem hoc princi- piūm infero, ταῦτα φανόμενα καλύει τὸ ἀλλότριον καὶ αὐτιφεύτει. Sed

Sed istae notitia connatae intus apparent. E. nullas præter eas intellectus receperit, quod ἀτόπην καὶ ἀφιλοσοφοῦ.

66. Idem suadet text. 3. cap. ejusdem, oportet Intellectum esse affectum erga Intelligibilia, sicut sensum ad sensibilia. At nulla species actu connatur sensorio. E. nec notitia Intellectui.

67. Si omnis notitia à sensu dependet, non connata erit intellectui (*quia quod aliud advenit, non consequitur effectum, nec naturaliter est insitum*) sed per inductionem acquisita (verba Zabar. sunt l. 1. Post. c. 15.) tametsi temporis, quo hanc Inductionem fecimus, non recordamur. A pueritia namq; in singulis percipere capimus, totum esse suā parte majus, unde per inductionem collegimus, hanc Universalem, Omne totum esse majus suā parte. Unde si quis omnibus sensibus orbatus sit, nullā ratione quicquam scire poterit, quemadmodum cæcus nunquam colorum adipiscitur notitiam.

68. Dicta scriptura, quæ obstat putantur (Rom. 1, 19. & 2, 14.) veram & Aristotelicam sententiam non tam oppugnant, quam dextræ explicata propugnant & corroborant.

69. Sicut ergo sensus communis solâ suā Virtute κρίνεται scit distinguere inter colorem & odorem, non quod species odoris & coloris illi connatae inhaerent, sed tantum quia potentia illa iudicatrice pollet; Ita etiam Intellectus noster prima illa principia, verum etiam & falsum, honestum & turpe discriminat, non quod honesti & turpis, veritatis & falsitatis, eorumq; distinctiones actu in mente haereant, sed ob ingenij aciem naturalem. J. Martini disp. Metaph. 7.q.4.

70. Deniq; omnis habitus est acquisitus. Principiorum primorum est habitus. Eth. 6. E. non est naturalis.

71. Conclusum itaq; esto, Notitias non dari naturales, ratione tamen principiorum naturales dici rectissime, sive à natura esse, respectu notitiarum divinitus revelatarum, & quæ operosâ disquisitione demum colligimus, cum omnia in totâ harum acquisitione naturalia sint, & naturali sese modo habeant. Egregio differentem vid. Aristotelem l. 2. Post. c. ult. Conimb. c. 1. de præ cognitis. q.1.

Q. 6. An autem alia alia quo in casu licita?

72. Deniq; non tantum falsa Entia pro veris habet, atq; etiam in manifestissimis numeris noctuæ oculis videt Ratio; sed & vel maximè in excusandis suis lapsibus disertam se exhibet, eosq; ingeniosissimis quibusq; dictis à vitio vindicare docta est.

73. Id quod in αὐτοφύεσι est conspicuum, quos multi justissimâ de causa naturam propriam expugnare sapient, necemq; sibi inferre posse somniant, imo Stoici nec à Sapiente alienum, teste & ferè applaudente Lips. Ep. 22. Cent. 2. dicere aucti sunt.

74. Nos vero αὐτοφύεσι 1. ordinem naturæ pervertere, eiq; è diametro obductari

obliu etari arbitramur, quippe quae rei cuique sui conservationis desiderium indidit,
mec nisi à contrario aliquo debellari aut corrupti jussit.

75. Nec est quod quisquam objiciat, Phoenicem sibi ipsi, naturæ impulsu,
molliri interitum, ut senio conseptus denuo juvenescat; Cum nec Herodotus, qui
aliás vel falsis quoque in mirabilibus memorandis opera est prodigus, quando
eius meminit, illud nec verbulo attingat: *Plinius autem l. 13. t. 4. sub obscur. l. 10, c. 2. dubitans vivere illum annis 660. referat, senescentemq; casiam & thuris surculis conseruare viduam, replere odoribus, & super emori. Ex ossibus deinde & mandulis ejus nasci primò ceu vermiculum, inde fieri pullum.*

76. Quod igitur autore dubio assentitur, nobis etiam maneat dubium, nee
incertum per seque incertum proberur.

77. Quanquam si (ut Theologi quoque typum illum morientis & reditivi
servatoris faciunt) res certa foret, nihil tamen mollibus hisce Cinexis patre-
cinaretur.

78. 2. Protestamur enim cum Philosopho Eth. l. 4. c. II. τὸ δότοθη
σκευα φένυγολα περιανὴ ἐρωτεῖ, η πιλυπνεγν, τον ἀνδρέας, αὐλα
μάλλον δεῖλος εἶναι.

79. Unde praeclarè vetat Pythagoras (*Cic. in Cat. Majore*) injusu Imperato-
ris, id est, Dei de praesidio & statione vita decedere.

80. 3. Tum vero si alium lacerare, natarali jure prohibemur, quanto ma-
gis nosmetipso?

81. 4. Unde Jurisconsulti legibus illam damnant. l. Liber Homo 13. ff. ad
l. Aquil. Nemo sutorum membrorum dominus &c. alijs tamen causa mortis approbat
impunitatem largiuntur, quam litem meam facere non est animus.

82. Hoc verò non videtur sicco pede prætereundum, quod Lex Civilis in-
quibusdam conniveat & dissimuleat, licet ea per se inhonestè ac minus rectè fieri
statuat, neq; omnibus pravè factis pœnam imponat.

83. Contrà. Ex duabus malis eligendum, quod minus. At sepius vita miserri-
ma quamvis morte est deterior, adeò ut exclamat Lipsius; è Iguabiam mori toties, &
non mori! E. Negamus Minorem, nec quicquam ita acerbum ulli accidere de-
bere putamus, quod eum in Deum & naturam ipsam armet.

84. Quin potius fortissimo animo malis obsistendum, ac spe fortis melioris,
vel honestissimæ mortis divinitus infligenda perdurandum, eaq; tolerantia
non pro ignavia, sed exquisitissimo animi robore reputanda.

85. At sepius urget infensus hostis, quem nullâ arte effugere, si vero tibi mor-
tem conscientias, tecum perdere possis? Resp. Præclarus fortiusq; duram & inevitabi-
lem fati legem intrepido pectore, dum adveniat, operiri, quam prævenire impa-
cientia, & vindicandi libidine. Nec facienda mala, ut eveniant bona.

86. Ac licet tali in periculo venia digniores αὐτὸν θεοὺς judicemus, laude
namen nulla insignimus.

Hæc

87. Hæc Saxonibus nostris bene perspecta sunt, apud quos talia cadavera vel ex fenestrâ dejicuntur, vel subter limina domus extrahuntur, itaq; educta per carnissem in locum infamem, & bestiarum cadaveribus destinatum proiecuntur.

88. Melior tamen illorum conditio, qui furore, melancholiâ, morbo, aliâe animi impotentia occidunt, de quibus etiam bene sperandum.

89. Exempla Samsonis. Jud. 16, 30. Razio, 2. Macc. 14, 42. Et gentilium infinita legi divine, naturali, & civili nihil derogant.

90. Male igitur illi suorum carnifices corporum, Remp. cive, scipios & posteritatem famâ bona spoliantes, & illud, quod sibi dare nequierunt, auferentes, male inquam sese gerunt, & si aliquando veniam, laudem sane nunquam merentur. Hac pro posse & rossi, alias splendidiora.

ΠΡΟΣΘΗΚΗ Μ. SLEKERI.

Nempe ut meum hinc etiam aliquid sit, Corollaria addo, quæ justæ disputationis, inquit plurimum contineant materiam.

1. Philoponus & Simplicius dum Reduplicationem (qua voce utimur exemplo eorum, qui elegansissime loqui voluerunt) definiunt, Repetitionem termini ejusdem in propositione eadem; neg, dicunt id, in quo res ipsa posta est, neg, id quod ubiq; verum; ino ne quidem in Reduplicâ.

2. Zabarella sententia de qualitatibus Elementorum, non ex propria illorum natura, sed è celo deducendis; & privatâ frigoris causa: quam multis in locis animose propagnat; eam non adeò nob̄ agnoscimus; & multo minus veram.

3. Quæ Gocl. parte 2. Miscell. Philosoph. Theol. p. 232. & seq. de potentiarum anima subiecto; fuisse quidem quod fateor, & diligenter, ut ipse profitetur, & cum adversariorum reprehensione acris, ut patet, disputationat, ea nos neg, vera arbitramur, neg, docta aut subtilia.

4. Quod idem Collegio PhilosophoTheol. edit. an. 16 10. disp. 7. th. 12. afferit; ex artis profecto Logice profunditate non est, cuius nec colorem habet, inquit solum.

5. Ecce vero quid possit odium & amor! Goclen. ibidem d. 7. Coroll. 2. pro Sadeele Contradictionis reo causam dicturus, prolixè satis, sc̄a ita rem agit misere, ut (concessu etiam quod materia sit pars essentie) neg, Physici, neg, Metaphysici docti laudes mereantur; in Logicam vero ipsam cum mirifice peccet, tum adhuc, omnibus concessis, contradictionem in dictis Sadeelis, neg, tollat, neg, ipsum Sadeelem à contradictione liberet.

6. Unum quero; Cum à Scriptore gravissimo Servius Romanorum Rex inita cum Tatio Sabinorum rege societate, urbem ei communicasse dicatur; quoniam in loco tunc Servij ipsius res & imperium fuerint secundum Calvinianos?

¶(1)¶





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729136116/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729136116/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729136116/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729136116/phys_0016)

DFG

oblūctari arbitramur, quippe quae rei cuius sui conservatio
nec nisi à contrario aliquo debellari aut corrupti jussit.

75. Nec est quod quisquam objiciat, Phænicem si
moliri interitum, ut senio confessus denuo juvenescat; C
aliás vel falsis quoq; in mirabilibus memorandis opera
eius meminit, illud nec verbulo attingat: *Plinius autem*
l. 10, c. 2. dubitans vivere illum annis 660. referat, senescenti
culis construere nidus, replere odoribus, & super emori. I
dullis ejus nasci primò ceu vermiculum, inde fieri pullum.

76. Quod igitur auctore dubio assertur, nobis etiam
incertum per æquè incertum proberur.

77. Quanquam si (ut Theologi quoq; typum illum
Sacerdotis faciunt) res certa foret, nihil tamen mollibu
cinaretur.

78. 2. Protestamur enim cum Philosopho Eth. l.
σκεψις φένυρος τερπίας ή ερωτικής, ή πιλυπνεύμης,
μάλακον δεῖλας εἴναι.

79. Unde præclarè vetat Pythagoras (*Cic. in Cat. Ma*
ris, id est, Dei de præsidio & statione vita) decedere.

80. 3. Tum vero si alium lādere, natarali jure pro
gis nosmetipſos?

81. 4. Unde Jurisconsulti legibus illam damnant. l.
l. Aquil. Nemo suorum membrorum dominus &c. alij tamen
impunitatem largiuntur, quam litem mean facere non est an


82. Hoc verò non videtur siccō pede prætereundum
quibusdam connivēat & dissimulet, licet ea per se inhon
statuat, neq; omnibus pravè factis pænam imponat.

83. Contrà. Ex duobus malis eligendum, quod minus
ma quaib; morte est deterior, adeò ut exclamat Lipsius; è Ig
non mori! E. Negamus Minorem, nec quicquām ita ace
bere putamus, quod eum in Deum & naturam ipsam arm

84. Quin potius fortissimo animo malis obſtendun
ris, vel honestissime mortis divinitus infligenda perdurand
non pro ignavia, sed exquisitissimo animi robore reputando.

85. At sepius urget infelix hostis, quem nullā arte ej
tem confūcas, tecum perdere possis? Resp. Præclarus fortius
lem fati legem intrepido pectore, dum adveniat, operiri,
tientia, & vindicandi libidine. Nec facienda mala, ut even

86. Ac licet tali in periculo venia digitiores cū nō
nam nulla insignieris.



didic,

pulsu,

s, qui

lāndo

ſcurc,

ſur-

ſ me-

, nee

dibibi

auro-

θvη-

Δλα

rato-

ma-

ff. ad

abata

s in-

fieri

ſerri-

ſ, &

e de-

clio-

utia,

mor-

tabi-

mpar

laude

Hæc